

*NvK an die Brixner Domherren Theobald von Wolkenstein, Michael von Natz und Konrad Tegmair. Er verurteilt scharf und polemisch ihre Bitte, dem Innsbrucker Pfarrer die Seelsorge zu gestatten. Wenn der Bischof, der seine Kirche verkörpere, vertrieben werde, müsse die Seelsorge eingestellt werden. Die Warnungen vor der Hussitengefahr seien unerheblich. Wenn sich der Klerus durch Drohungen des Herzogs einschüchtern lasse, sei dies mit Häresie gleichzusetzen.*

*Kopie (ca. 1460): BOZEN, StA, Codex Handlung (früher: INNSBRUCK, TL A, Cod. 5911) f. 24<sup>r</sup>-25<sup>r</sup> (zur Hs. s.o. Nr. 5265 Anm. 1).*

*Regest: Jäger, Regesten I 313 Nr. 172.*

*Erw.: Jäger, Streit I 272f. (mit Teilübersetzung); Vansteenberghe, Cardinal 18f.; Posch, Kampf um Kirchenreform, CGS 237; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 370.*

Venerabilibus viris Theobaldo Wolcknainer, Michaeli de Nēcz et Conrado Tegmair,  
canonicis ecclesie nostre Brixinensis.

Eternam salutem. Venerabiles domini. Vidi, que scripsistis<sup>1)</sup>), et avizamenta notavi,  
scilicet de periculo cleri, si non concessero curam. Si quis timens deum esset in clero,  
ille responderet illis murmurantibus contra me et diceret id, quod juris est intrepide:  
nam cum sim iniuriosissime expulsus et impeditus, quo minus possim exercere per me  
curam, quomodo obliger alii(s) committere? Nonne statutum legati apostolici habet:  
episcopo capto ab omnibus interdictum servandum?<sup>2)</sup> Quid juris de me, qui, licet  
evaserim captivitatem hac vice seu turpissimam necem, tamen notorie impeditus sum  
etc.? Papa wlt omnem cessare auctoritatem papalem me expulso<sup>3)</sup>; quomodo possum  
contra jura et intencionem pape complacere et decipere? Quid est ecclesia? Nonne  
ecclesia, ut dicit textus, est in episcopo?<sup>4)</sup> Quo expulso, ubi manet?

Dicunt de Hussitis. Ego arbitror hanc opinionem plus quam hussitanam, quod  
episcopo iniuriose expulso, ipse teneatur complacere in concedendo curam aut subde-  
legando. Nullus pontifex securus esset. Tyranni dicerent: „Expellamus illum, qui est  
contrarius nobis! Sufficient nobis sacerdotes.“ Has et similes raciones vir deum timens  
imperterrite diceret, quemadmodum illa sepissime Innsprugkam scripsi et per vicarium  
dicta sunt cum ratione in Braunegka.<sup>5)</sup> Sed quia dux plus timetur quam deus, ideo  
quisque sua querens non curat consulere michi, ut cum expulsione etiam deum  
offendam, ut ipse maneat. Christus dicebat de veris suis discipulis: „Si me persecuti  
sunt, et vos consequentur.“<sup>6)</sup> Nam verus Christi adleta non diceret: „Condescende“<sup>7)</sup>, ne  
nos persecucionem paciamur!“ Sed diceret: „Noli, pater, contra rationem agere  
propter me.“ Quid demum erit, iam dudum previdi: Ego propter iusticiam patior et  
sum expulsus. Non veni propter comedere, et subtractis redditibus<sup>8)</sup> ad(h)uc vivam.  
Clerus sub duce erit, a quo capiet auctoritatem. Ipse non cessat, adhuc sedem suam  
ponere etiam super cathedram Petri. Spernit censuras. Heretici talia vix presumpserunt.  
In hiis omnibus ego ero immunis, quia nec terrore nec minis, etiam si me in vinculis  
teneret, unquam consentiam malo et deo vindictam remittam. Valete feliciter. Ex  
castro sancti Raphaelis x februarii 1458.

30 Indulsi tamen ad tempus curam, quoisque hic mansero.

N. cardinalis manu propria

<sup>1)</sup> S.o. Nr. 5488.

<sup>2)</sup> NvK bezieht sich, wie bereits in Nr. 3058 Anm. 5 und 5217 Anm. 5 auf eine Salzburger Provinzialsynode des Jahres 1267, die unter dem Vorsitz des päpstlichen Legaten Guido, Kardinal von S. Lorenzo in Lucina gefeiert wurde. Vgl. hier c. 5, ed. Dalham, *Concilia Salisburgensia* 107.

<sup>3)</sup> Freie Auslegung der päpstlichen Interdiktsbulle vom 12. November 1457; s.o. Nr. 5397. Vgl. aber auch die begleitende Bitte des Kardinals Castiglioni, zunächst den Verhandlungsweg zu suchen; s.o. Nr. 5405.

<sup>4)</sup> C. 7 q. 1 c. 7, ed. Friedberg II 568f. Vgl. NvK, *De concordantia catholica* I 6, ed. Kallen, b XIV 1, 58 Nr. 37 Z. 16-19: Et haec est radix una propositi nostri, quod ecclesia est in episcopo per unionem. Et sic episcopus eos figurat et repraesentat, quia publica persona quoad istum concursum.

<sup>5)</sup> Zum Auftritt des Generalvikars Gebhard Bulach am 13. Januar 1458 in Bruneck s.o. Nr. 5438.

<sup>6)</sup> Job. 15,20.

<sup>7)</sup> Vgl. Mt. 27,40.

<sup>8)</sup> Ähnlich bereits im Brief an Leonhard Wiesmair und Oswald von Säben; s.o. Nr. 5480 Z. 72.